Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ad ipsum aspectum. Quid autem dic michi
difficili quam contum in fronte portare. et in
positum puerum multa milia scemata facientem.
ibidem baiolare et delectare spectantes. Quid aut
difficili quam cum gladiis pilarum more ludere.
Quid autem graui dic michi quam profundum
pelagi scrutare. et decem milia alias uirtutes
quis dicere posset. Si omnium istarum facili est uir
tus. si uoluerimus et in celum ascendere. Velle
enim opus est hic tantum. et omnia sequuntur.
Non potest enim dici non possum. neq; accusare
potest conditorem. Si enim impossibiles nos fecit
deinde imperat. accusatio ei est. Quom ergo in
quit multi non possunt. Quom ergo multi no
lunt. Dic si enim uoluerint. omnes poterunt. Propter
hoc et paulus dixit. Volo omnes homines esse sicut
me ipsum. quo sciebat quia omnes potant esse si
cut ipse. Nequaquam enim hoc diceret. si impossi
bile erat. Vis fieri. Principium tamen apprehende.
Dic autem michi in artibus cunctis cum uoluerimus in eis profecto fieri. num sufficit nobis uelle
an etiam adgredimur ipsas res uelut quod dico.
uult aliquis fieri gubernator non dicit uolo
et hoc ei sufficit. sed etiam rem ipsam adgreditur.
uult fieri negotiator. non dicit uolo tantum sed